Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-501857-p0001-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-501857-p0002-8

NUPTIALEM DIEM,

QUA

VIR

ADMODUM REVERENDUS AC DOCTISSIMUS

DOMINUS

JACOB. CONRADUS BALDAMUS,

ECCLESIÆ, QUÆ MEIZENDORFFII EST PASTOR ADJUNCTUS DIGNISSIMUS, VILANTISSIMUS;

VIRGINEM

LECTISSIMAM ATQUE ORNATISSIMAM

MAR. ELISABETHAM MULLERIAM.

VIRI

PLURIMUM REVERENDI AC DOCTISSIMI

DOMINI

JOHANNIS GUNTHERI MULLERI,

PASTORIS ECCLESIARUM KYHNENSIS ET KLITSCHMARENSIS MERITISSIMI

FILIAM NATU SECUNDAM,

ANNO MDCCXIX. XVI. CAL. NOVEMBR.

KUHNÆ

CONJUGII FOEDERE AUSPICATO SIBI

JUNGEBAT,

GRATULABUNDI CELEBRARE

ATQUE

ANIMI DEDITISSIMI SIGNUM EXPONERE VOLUERUNT

BINI AMICI.

HALÆ.

Litteris JOAN. CHRISTIANI HILLEGERI, Acad. typogr.

67

COnjugii dum Sacra colis, BALDAME Colende,
MULLERIÆ caſto junctus amore TUÆ:
Abſentem Tua charta monens inuitat Amicum,
Et jubet ad veſtros me properare Lares.
Sed mea juſſorum ratio ſeriesque laborum,
Has mihi delicias imperioſa negat.
Si licet, hæc pro me comparet epiſtola, quæque
Debueram præſens ipſe vouere, vouet.
Interea tacito veneror tua gaudia corde;
Sors tua lætitiam prouocat iſta meam.
Quique TIBI quondam, noſti, conſtanter adhæſi,
En! Cano connubio ſauſta futura tuo.
Viuite, PAR TENERUM, ſuperi quos cura Parentis
Prouida manſura nunc adamante ligat.
Veſter amor vigeat, nullâ turbante querelâ,
Vernet & aſſiduâ prolê beata Domus.
Noxia ſummoueat Dominus ſortemque ſiniſtram
Nec tangant veſirum triſtia fata torum.
Gratia cœleſtis VOS protegat, atque per annos
Innumeros vitæ det bonitate frui.
TUque, gregi Chriſti qui pabula viua miniſtras
Ducis & ad riguas agnima Paſtor aquas:
Sis felix, & proſper eas, ut ſemina verbi
Continua lætus ſpargere meſſe queas.
Sic multi inueniant, qui dogmata Sacra ſequuntur,
Sidereæ plenas TE duce ſedis opes.
Quid multis? UTRVMque ſalus comitetur amica:
Sic veſtrum ex voto progrediatur opus!

His novo conjugio proſperrina quæque apprecatur,

HENRICUS FRIDERICUS SCHULZE.
SS. Theol. Cult.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-501857-p0004-9

Quem proba donant ſuperi marita,
Is ſuam ſortem, ſua dona, recto
Æſtimet ſenſu, cieatque dignos
Pectore plauſus.

Namque deuota pietate Jouam
Si qua feruеſcens reueretur vxor:
Hanc Hydaſpeo pretioſiorem
Dicimus auro.

Dicimus gemma nitida priorem,
(Sic ſacer vates docet). * en beatum, * Prov. XXXI, 10. ſeq.
Qui tulit tantum, tribuente ſummo
Numine, gazam!

Tale definit pretium labori
Impigro Magnus Pater erogandum:
Iſta virtutem veluti triumphum
Palma coronat.

Conjugat caſtos animos, & arto
Vinculo ſtringit bene gnarus æther;
Vique ſecreta ſuperat trahitque
Intima ſenſa.

Cura ſic cœlo quoque nuptiarum eſt.
Quis, niſi Numen, dedit Iſaaco
Floridam forma celebremque morum
Laude Rebeccam?

TE beat Conjux. O AMICE, talis,
Quæ TIBI ſeſe probat innocentem
Vsque per vitam; probitas in illa eſt
Cauſſa fouendi.

Sic redit tandem vigilantioris
Fructus optatus ſtudii; Jehouæ
Dum laboraſti capis ampla eodem
Præmia dante.

Qui premam motus calidi ſecundo.
Vocibus cordis? mea qui repellam
Jubila. exſultat cor, & ora ſuadet
Edere votum:

O Deus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-501857-p0005-4

O Deus dexter thalamis paràtis
Adſit, & nexum tegat auctiore
Gratia veſtrum; vireatis ambo
Flore perenni!

Creſcat extentos ámor àrdeatque
Mutuus veſter vehemens in annos,
Vosque jucunda ſaciat frequenter
Prole parentes.

Queſtibus nullis reſonent penates:
Vos ſed vbertas hilaret bonorum
Omnium, nec pax temerata caſu
Deſinat atro

Sic recordari liceat diei
Ferias hujus niuei ſubinde;
Sic diu veſtræ ſaliant ſacrato
Lumine fibræ.

Ita gratulari gaudiumque commune teſtari voluit
JOANNES ANDREAS LUTTERODT.
SS. Theol. Cult.

2°

Gb 956, 1

ULB Halle 3
001 594 761

St

Walter Becker
Buchbinderei
Halle, Thüringer Str. 24

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-501857-p0007-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-501857-p0008-1

67

NUPTIALEM DIEM,

QUA

VIR

...ERENDUS AC DOCTISSIMUS

DOMINUS

...CONRADUS

...DAMUS,

...NDORFFII EST PASTOR ADJUNCTUS

...MUS, VILANTISSIMUS,

...RGINEM

...I ATQUE ORNATISSIMAM

...ISABETHAM

...LERIAM.

VIRI

...VERENDI AC DOCTISSIMI

DOMINI

...UNTHERI MULLERI,

...LESIARUM KYHNENSIS ET

...MARENSIS MERITISSIMI

...M NATU SECUNDAM,

...XIX. XVI. CAL. NOVEMBR.

KUHNÆ

...OEDERE AUSPICATO SIBI

...JUNGEBAT,

...BUNDI CELEBRARE

ATQUE

...SIGNUM EXPONERE VOLUERUNT

...NI AMICI.

HALÆ.
Litteris JOAN. CHRISTIANI HILLEGERI, Acad. typogr.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-501857-p0009-0